



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Vita Et Epistola Ioannis Papae XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

Defuncti cadaver factiosi illi, quorum subsidio viuens nitebatur, nudatum lanceis vulnerarunt, & per Vrbem tra-
xerunt. Hæc ex antiquis Vaticanis codicibus Baronius
anno 984. & sequentibus. Videant recentiores chrono-
graphi, quantum prædonem & tyrannum in numerum
optimorum pontificum referant, qui potius inter famosissi-
mos latrones & potentissimos patriæ proditores Syllas &
Catilinas annumerandus erat.

Chrono-
graphi re-
darguun-
tut.

ANNO
CHRISTI
984.

VITA ET EPISTOLA IOANNIS PAPÆ XV.

ANNO
CHRISTI
985.

Ioannes
XV. quan-
do & quo-
modo ele-
ctus?

Cur Roma
discellerit?

Qua occa-
sione Ro-
man reu-
catus fue-
rit?

Pacem
componit.
Pseudofy-
nodum
Rhemen-
sem repro-
bat.

Obitus
Ioannis.

IOANNES patria Romanus, ex patre Leone postea pre-
sbytero natus, post extinctum tyrannum communis suffragio legitime electus est anno Christi 985. sub regno Ot-
tonis III. Hic timore eorum quæ prædecessor passus erat,
secessit in Tusciā, cum a nouo tyranno Crescentio Nu-
mentano, qui titulo consulatus munitionem sancti An-
geli possidere aggressus est, infestaretur. Cumque legatio-
nes ad Ottонem mittere frequentaret, & Romani memo-
res eorum quæ propter iniurias pontificibus illatas ab Ot-
tonibus anterioribus passi erant, e vestigio honorifica lega-
tione eumdem Ioannem reuocarunt, dataque illi omnise-
curitate in Vrbem redire rogarunt. Quod dum faceret,
omnes aduentanti occurrerunt, piis officiis & obsequiis
eumdem honorarunt, seque illi subiecerunt. Libentio
Hamburgensi episcopo pallium concessit. Leonem Tre-
uireensem viceepiscopum ad regem Angliæ & ducem
Nortmannorum ablegavit, vt eos inter se dissidentes
conciliaret. Acta Pseudosynodi Rhemensis, qua amoto
Arnulpho Gerbertus subrogatus fuerat, improbavit, &
amotum sedi suæ restitui feliciter procurauit. Ad Cre-
scentii tyrannidem, quæ in dies magis magisque inualesce-
bat, propulsandam Ottонem regem Germaniæ Romam
venire rogauit. Antequam vero accederet, defunctus est
pontifex optimus septimo Maii, cum sedisset annos de-
cem, menses..... dies duodecim. Sepultus est in basili-
ca sancti Petri in oratorio sanctæ Mariæ.

EPISTOLA
IOANNIS PAPÆ XV.

AD OMNES FIDELES.

De pace concilianda inter Ethelredum regem Angliae
& Richardum ducem Nortmanniæ, quem marchionem vocat.

*Ioannes quintus decimus sanctæ Romanae ecclesiæ papa
omnibus fidelibus salutem.*

NOVERINT omnes sanctæ matris ecclesiæ fideles, & Malm. de
Gest. reg. li.
bro 2. cap.
10. qualiter nobis relatum est a compluribus de inimicitia Ethelredi Saxonum occidentalium regis, nec non & Richardi marchionis; vnde nimium tristis effectus, utpote de filiis nostris spiritualibus, tandem initio salubri consilio, accersiui quemdam apocrisiariū nostrum Leonem, vice-episcopum sanctæ Treuerensis ecclesiæ, & misi eum illuc cum literis nostris exhortatoriis, ut resipiscerent ab hac superstitione. Qui transiens vastas intercedentes terrarum, tandem marinos transmeauit fines, & in die natiuitatis Domini peruenit ante conspectum regis præfati, moxque ex parte nostra salutato obtulit literas quas illi miseramus. Qui, accersitis cunctis sui regni fidelibus vtriusque ordinis sapientioribus, ob amorem & timorem Dei omnipotentis, nec non & sancti Petri apostolorum principis, & per nostram admonitionem paternam, firmissimam concessit pacem cum omnibus filiis & filiabus suis præsentibus & futuris, & cum omnibus fidelibus suis sine dolo. Qua de re misit Edelsinū sanctæ Schireburnensis ecclesiæ præsulem, nec non Leofstanum filium Alfvoldi, & Vulstani filium Ederelnothum, qui transierunt marinos fines, & perueniunt usque ad Richardum præfatum marchionem. Qui & monita nostra pacifice suscipiens, simulque audiens decretum suprafati regis, libenti animo pacem firmauit eamdem cum filiis suis & filiabus præsentibus & futuris, & cum omnibus fidelibus suis, eo rationis tenore, ut si aliquis eorum vel ipsi iniuste aliquid contra alium perpetrauerint, digna emendatione purgetur. Paxque maneat perpetualiter & inconuulta, sacramentorum vtriusque partis stigmate

Concil. Tom. 25.

Dd ij

stipulata. Ex parte scilicet regis Ethelredi, Edelsinus, praeful sanc*tæ* Schireburnensis eccles*æ*, & Leofstanus Alfvvoldi filius, & Ederelnothus Vulstani filius. Ex parte Richardi Rogerius episcopus, Rodulphus Hugonis filius, Truteno filius Thurgis. Actum Rothomagi Kalendis Martii, anno ab incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo primo, indictione quarta. Et de hominibus regis vel de inimicis suis nullum Richardus recipiat, nec rex de suis sine sigillo eorum.

SYNODVS LANDAVENSIS

SVB * GVCANO XXVI. LANDAVIÆ EPISCOPO,
a sancto Dunstano archipræfule Cantuar*æ*, anno Do-
mini DCCCCLXXXII. consecrato,

Quia Arthmail rex Guentia ob fratricidium anathema declaratur.

E Landauensi manu-
scripto.

ARTHMAIL rex Guentia*æ*, filius Nougui, occidit fratrem Aſſuum Elifed, imo semet ipsum, vt est metrice dictum:

*Quicumque . . . alium molitur lädere, primum
Ipſum ſe iaculo percutiet proprio.*

Et fact*o* tam execrabil*o* homicidio, & humano generi exoso, episcopus Gucauntus misit legatos per totam parochiam sibi subditam & obtemperantem eccles*æ* suæ Landau*æ*, propter clericos omnes de maioribus gradibus v*ñ* que ad inferiores gradus, vt simul conuenirent apud Landau*iam*. Et congregatis illis omnibus de fine ad finem, vt prædiximus, affirmante tota Synodo, fecit regem anathematizare, & ablata sibi tota Christianorum communitate, & audit*o* sibi fact*o* anathemate, requisiuit veniam lacrymabili deuotione apud Landau*iam*, & iniuncta sibi poenitentia de fratricidio perpetrato, largitus est in elemosyna Deo & sanctis Dubrio, Teliau & Oudoceo, & Gucauno episcopo & omnibus præfulibus Landau*æ* in perpetuo, Lan*m* Mihac*g*el, Lichrit, &c.

CIRCA
ANNO
CHRISTI
981.
ad GV.
CAV.
NO